



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

238. Invocatio de morte mariti vel uxoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 301
alia, ut diximus, non impedierit ratio.

De eadem re. *Ex Concilio Triburienſi.*

CCXXXVII. Relatum est auribus
sanctorum sacerdotum quendam alterius uxo-
rem stupro violasse, insuper & mœchæ viven-
te viro suo juramentum dedisse ut post legitimi-
mi mariti mortem, si supervixisset, duceret in
uxorem, quod & factum est. Tale igitur con-
nubium prohibemus & anathematizamus.

Concil. Tri-
bur. c. 40.
Burchard. 1 b.
9. c. 66.

Invocatio de morte mariti vel uxoris.

CCXXXVIII. De hoc quod tu accu-
fata es in præsentia istius Episcopi, in hac sy-
nodo, quod per tuum factum & per tuum con-
ſilium tuus maritus illius vel tua conjux illius
mortem receperisset, & vitam perdidisset, om-
nino non est ita, nec tu in ejus vita aut mem-
bris quicquam fecisti aut cum aliis consiliatus
es unde meritò secundum ecclesiasticum judi-
cium pœnitentiæ remedia suscipias, aut secun-
dum mundanam legem mortem aut aliquod
damnum sustineas. Sic te Deus adjuvet ad
istud judicium.

Juramentum vel invocatio de homicidio
imputato.

CCXXXIX. De hoc quod tibi imputa-
tum est in præsentia tui Episcopi, cuius par-
œchianus es, quod tu illum hominem cum
aliis hominibus sequacibus tuis occidisses
propter hanc causam ut bona illius diriperes,
& ejus uxorem tibi in matrimonium sociares,
in veritate non est ita, nec tu solus nec cum